

August Varenius Johannes Henning

## **Aur et ushiyot be-reshit id est Decas Octava Illustrium Locorum Bresith, in Pharaschas Mikketz, Vaygasch, Vaichi**

Rostochi[i]: Richelius, 1648

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn772390290>

Druck Freier  Zugang



R u. Med 1648  
Vareniius, August /a  
Herr Henning, Johann

R u. Med 1648  
August Vareniius  
Johann Henning



כרחמי ומריה שמיה  
עשור ח' קשיוהו בראשית  
*id est*

DECAS OCTAVA  
ILLUSTRIUM LOCORUM  
BRESITH,

*in*

PHARASCHAS  
Mikketz, Vaygasch, Vaichi,

*Quam*

בעזרת הקבר

In illustrissima Academia Varno-Baltica

PRÆSIDE

Clarissimo & Excellentissimo Viro

Dn. AUGUSTO VARENIO,

SS. Theol. Licentiato celeberrimo, Lit. Hebr.

Prof. ordin. Præceptore, Favitore & Promotore suo,  
omni honoris cultu suspiciendo,

*Publica disquisitioni exponis*

JOHANNES HENNINGIUS,

Lubecensis.

*Habebitur in Auditorio majori ad d: 26. Aug:*

*horis matutinis.*

✻ \* ✻ \* ✻

ROSTOCHI

è Typographéo Johannis Richelii, Sen: Typogr.

Anno 619 196 XLIIIX,



VIRIS

*Admodum Reverendis, Excellentissimis,  
Clarissimis, Praestantissimis, Doctissimis*

**Dn. MENONI HANNEKENIO, S. S. Th. D.**  
celeberrimo, Ecclesiarum Lubecensium Superintenden-  
denti Eminentissimo.

Dn: M. ADAMO HELMES, Reverendi Ministe-  
rii Seniori Meritissimo, & ad D. Petri,  
Dn: M. JOHANNI REICHIO, ad S. Ægyd:  
Dn: M. MICHAELI SIRICIO, ad S. Mariae  
Dn: M. GERHARDO WINTERO, ad S. Jac:  
Dn: M. DANIELI LIPSTORPIO, ad æd. Cath: }

} Pastori  
vigilan-  
tissimo.

Dn: PETRO DREIERO  
Dn: JOHANNI ZEIDLERO  
Dn: M. JACOBO STOLTERFOTHO  
Dn: JOHANNI *Sivers*  
Dn: ABRAHAMO LEOPOLDI  
Dn: M. HUBERTO *Bene*  
Dn: JOHANNI NICOLAI  
Dn: M. JOHANNI WEBERO  
Dn: M. JOHANNI REIMARO  
Dn: ALBERTO BALEMANNO  
Dn: M. HENRICO ENGENHAGEN  
Dn: M. ERASMO *Möllenhoff*  
Dn: JOACHIMO WENDINO  
Dn: M. GEORGIO *Drevenstedt* }

} Ecclesiarum Lube-  
censium Diaconis  
fidelissimis.

**Dn: Promotoribus & Fautoribus meis,**  
plurimum honorandis,

*Decimas has Bibliorum Illustrissimas  
devotus consecro & offero*

*Johannes Henningius, Lubec.*  
*Respondens.*



*Ad Eximium & præstantem Pictate,  
modestia & Eruditione*

## DN. RESPONDENTEM.

**N**ullis ergo raris Mosaica quassa procellis  
transilit, & spreto turbine, vela facit.  
tèr sanctum sancti Dominum celebramus Olympi  
qui cælo, terris, imperat atq; mari.  
Nequicquam Triviæ resonant miracula Dianæ:  
Demetri sanctos, nil simulacra juvant.  
Te, decus Heberi, astris nobilioribus orum  
quam juvet, HENNINGI, nostra lucerna probat.  
Carceris, ut Joseph, ternas emensus aristas  
*abrech, schesch, Zophnat, ceperit, ore sonas:*  
Sed quid honor, byssus, tituli? superadditur *Osnatb*  
*(illa sacerdotis filia grandis erat)*  
Sic capit On ut & Hon (dabat hæc Rex, atq; Sacerdos  
Hebræi Joseph hic Socer, is Dominus)  
Inde fames Memphi (post nuncia grata Jacobi)  
crescit, is insolitam surgis adire viam:  
Prodest consilium Joseph, magni hic PHARAONIS  
& fratrum & populi fit Pater, atq; Patris.  
*Æs, pecus, arvam uni venit cum corpore Regi*  
*pacæ sacerdoti, libera, terra, manet.*  
Sic felix Jaakob gnati, lætusq; laborum  
*corporis exequias imperat ipse sui.*  
Genua labant agro: tamen hic in vertice læti  
extremum, gaudet tèr celebrare Deum.  
Hæc mea sunt, tua sunt, HENNINGI: his fortiter insta:  
vera est, æterna est, quæ venit inde salus.  
*Inter occupationes plur. fund.*

*A. Varenius, Præses.*

*Ad Literatis. Dn. Resp.*

**H**ENNINGI sacros vigili pervolve labores  
Mente manūq; Labor sic proderit impiger olim.  
Felix qui curā vigili sacra Dogmata scrutans  
Obscura enodat, mentemq; Autoris acutē  
Depromit. Sacrum studium studia omnia vincit.

*M: Johannes Corfinius,  
Eccles.*

**E**ast blind ist der fürwar und siecht durch frembde Brillen/  
Kan auch zu keiner Zeit den Zweifel sauffam stillen/  
Der nicht die Bücher liest/ so/ wie sie sind erdacht  
In ihrer Mutter-Sprach die sie zur Welt gebracht.  
Herr Hennings weiß das wol/ darumb mag er nicht sehen  
Mit frembden Perspectiv/ nur darnach wil er stehen  
Daß er die Grundsprach selbst versteh' und wisse wol/  
Was er von diesem Text und jenem halten sol.  
Das gibt er an den tag/ in dem er das wil schüzen  
Was unser grosser Mann aus so viel zweifels Saitzen  
heraus gezogen hat/ in dem er das versicht/  
Was der berühmte Mann mit Adlers Augen sieht.  
Ich wünsche Glück darzu! Ich wünsche daß noch lange  
Der edle Rosenstock mit diesem Manne prange!  
Ich wünsche daß auch ihr Herr Hennings so fortgehet/  
Bis ewer Namens Ruhm am Siernen-Dache stehe.

**Philipp: Zincke /**  
von Schwet aus  
der Wart.



# DECADIS OCTAVÆ

## LOCUS PRIMUS.

Gen, xli, v. 43.

וירכב אתו במרכבת המשנה אשר לו ויקרא  
לפניו אבדך :

*Lut. b.* Pharao ließ den Joseph auff seinem andern  
Wagen fahren/ und ließ vor ihm her auf-  
ruffen: Der ist des Landes Vater!

**C**oncl. una. Quod in illustrium & sublimium dignitatum  
collationibus uti venire videmus, ut certis rituum solemnita-  
tibus & pompis magnificentissimis illustrentur, idem quo-  
que in Josephi sublimi exaltatione cernere licet: *inauguratio*  
*ipsa describitur in v. 40. & 41. Ego Pharao constituo te Pro-Regem, &*  
*Dominatorem totius Egypti.* Huic subjiciuntur ritus solennes, ut 1.  
*annuli regii donatio, 2. Purpura induitio, 3. torquis aurea impostio,*  
*4. In curru ProRegis collocatio, 5. solennis proclamatio, 6. nominis ex-*  
*cellentioris attributio.*

Concl. II. Igitur inauguratum jam & torquatum Josephum,  
*fecit vebi super currum secundi à Rege, (משנה משנה) secundus à Rege שלישי*  
*tertius à Rege, ein Königlicher Statthalter/ Cansler/ etc.) &*  
*clamaverunt ante faciem ejus: abrech: de quâ voce hic quaritur ma-*  
*ximè.*

Concl. III. Rejicimus Chaldzum qui vocem אבדך expressit  
per אבדך למלכתי דין Dieser ist des Königes Vater: nec  
minus Interpretem Hierosolymitanum: qui expressit per אבדך אבדך

✠



וְרַב כְּחוֹכְמָא וְרַב כְּשֹׁנֵי אֵי id est, *Vivat pater Re-*  
*gis, qui est magnus sapientia: at tener annis.* Etenim 1. supponitur  
 præter necessitatem geminæ vocis in unam compositio. 2. Vocis רַב  
 per Regem interpretatio (quam licet habeat Magistrorum lingua, nun-  
 quam tamen agnoscit Scriptura). 3. Sed & à Targumista Hierosoly-  
 mitano unius vocabuli in uno loco geminæ & significatio & formatio:  
 una רַב seu רַבְּנָא Thalmudica: altera רַבֵּךְ Biblica: quæ latius sunt  
 inepta. Errat e. qui Targumistas sequitur, Rabb. S. Jarchi ex Ju-  
 dæis: nec rectè sentit Hieronymus ex Christianis: *Mibi, inquit, vide-*  
*tur non tam geniculatio hic intelligenda, quam id quod Ebræi tradunt di-*  
*centes: Patrem tenerum: significante Scripturâ, quod juxta prudentiam*  
*quidem Pater omnium fueris: sed juxta aetatem tenerimus adolescens.*  
 Hæc inquam rejicimus, uti & LXX. quibus אֲבִיךָ est אֲבִיךָ, ut ita  
 vox Abrech idem notet Græco, quod אֲבִיךָ Chaldæo vid. Dan. 3, 4.  
 planè ac si diceretur: אֲבִיךָ אֲבִיךָ vid. Dan: 5, 29.

Concl. IV. Nec verò cum illis facere possumus, quibus *Abrech*  
 est vox purè planèq; Ægyptiaca, & Lingua Hebræorum barbara, cum  
 non Ægyptiis: sed Hebræis hæc à Mosche principaliter sint scripta.,  
 quibus proinde id quod Josepho acclamatum fuit, exprimi debuit voce  
 intelligibili Hebraica. Supposito autem proprio vocis *Abrech* tribu-  
 jam constat de Bibl. cã radice, constat de verâ vocis significatione.  
 Rem acu tetigisse videri poterat Rabbini sapiens, cujus hæc sunt verba:  
 כָּל אִישׁ אֲרָם קוֹרָא לִפְנֵי אֲבִיךָ וְאֲשַׁתְּחֻוּרָא וְזוּ הַמְלִיךָ מִבְּנֵי  
 הַכְּבֹד הַנוֹסֵף וְיִבְרַךְ עָלָי כְּרַבְּוּ מִהַקֵּל וְכֹלֵם מִגֹּזֵרֵת בְּרַכּוּסָם:  
 id est: *Omnis homo proclamavit ante eum: Abrech, i. e. incurvabo*  
*me, & adorabo* (ita ut notetur spontaneus populi affectus, & obsequii  
 promptitudo) *vox autem Abrech est ex conjugatione gravi, & aucta*  
*(Hiphil) at illa qua reperitur, 2. Chron. 6, 12, est ex conjugatione Kab,*  
*quæ utrobique radix habeat significationem genu flexionis.* Addit  
 idem Rabbini sententiam R. Jonæ Grammatici natione Hispani, jux-  
 ta quam *Abrech* est אֲבִיךָ seu infinitum in Hiphil, per permuta-  
 tionem literarum א & ה planè, uti Jerem. 25, 3. Quid sentiamus,  
 verbo expediemus: est hic אֲבִיךָ אֲבִיךָ seu vox non tam promiscuæ  
 multitudinis, quam præconum, qui triumphalem Josephi curram.

Præce-

præcedentes, non suo: sed magni Pharaonis nomine clamaverunt: *Abrech*, id est, Ego Pharaon volo genua flecti coram Josepho, ego subjectionis osculum, & devotionis publicum signum Josepho exhibendū cunctis impero: hic igitur Abrech esse pro  $\text{ךרר}$  nec Hispano illi  $\text{yñ}$  Grammatico, nec Cl. Buxtorfio concedimus: sed, uti stat, pro futuro in Hiphil accipimus, & neglectam à quibusdam vim conjugationis Hiphil planèq; distinctam à Psal 95 6. 2. Chron. 6, 13. urgemus.

Concl. V. Duo scil. fuerunt, quæ acclamaverunt præcones: unum, quod notatur nomine *Abrech*, scil. *Genua coram Josepho esse stenda*, præstandum illi subjectionis osculum: alterum exprimit ipsam Abrech seu acclamationis illius rationem sc. sic honorari, quod ab ipso Pharaone præpositus sit toti Ægypto. Benè ergò hic  $\text{קראו קראו}$  Vulgatus: *Clamante præcone, ut omnes coram eo genua flecterent, & præpositum esse scirent universa terra Ægypti.* Sed & quâ rem ipsam benè convenit Lutherus, cujus censuram marginalem, illis, quæ diximus, suppositis, probamus. *Was Abrech heisset lassen wir die Zäncker suchen bis an den Jüngsten-Tag.*

## LOCUS SECUNDUS

Gen. xli. v. 42.

Schesch. Byffus. Buz,

*Luth. Pharaon kleidet den Joseph mit weisser Seidenen.*

*Vulgatus. Vestivit eum stolâ Byssinâ, Josephâ Purpureâ.*

Chald.  $\text{אבויש יתיר לבושין רבוץ}$

LXX.  $\text{ἐπέδυσεν αὐτὸν σαλλῶν βυσσίνων.}$

Concl. I. Quod Hebreis  $\text{שש}$  id Chaldeis  $\text{רבוץ}$  dicitur (unde Byffus Græcis & Latinis) famosissimum in Scripturis Hebreorum, & vel maxime in descriptionibus Sanctorum ornamentorum vid. Phar.

Theruma & in specie Exod. 25, 4. Aben-Esra ad l. alleg. Schesch. in-  
quit. est nobilissima & subtilissima species lini Aegyptiaci, eaq; tantum  
candida, רבן הוה לכן ואינו צבוע. Contra Josephus vult  
purpuream fuisse. Breviter: Byssus nativa fuit candidissima: eadem  
tamen cum fuscari potuerit, purpurea quoq; esse potuit.

Concl. II. Sunt qui per gossipium interpretantur שש, adeoq;  
byssum veterum esse nostrum gossipium statuunt: quos erroris con-  
vincet ex antiquitate, vel unus Plinius: Superior pars Aegypti in ara-  
biam vergens gignit fruticem, quem aliqui gossipion vocant, plures Xy-  
lon, & ideo lina inde facta Xylina. Parvus est, similemq; barbata nuclei  
defert fructum, cujus ex interiore bombyce lanuga netur. Nec ulla sunt  
eis in candore, mollietere preferenda. Vestes inde Sacerdotibus Aegypti  
gratissima. Idem Plinius l. 19. Nat. Hist. c. 1. & 2. Lino Asbestino  
principatus in toto orbe proximus bysino, mulierum maxime delivis in  
Arabia circa Elim genito: quaternis denariis scripula ejus permutata  
quondam, ut auri, reperio. Unde patet gossipium & bysinum etiam an-  
tiquis distincta fuisse.

Concl. III. Sed & serica à bysinis distincta fuisse, constare pot-  
est tum ex alleg. I. Theruma: tum ex Ezech. 16, 13. & 27, 7. differunt,  
scil. maxime materiâ. Illa quondam ex foliis palmæ minoris confici-  
ebantur, quæ iterum diversa sunt à bombycinis, quorum fila netur  
à bombyce vermiculo. Byssina partus fuerunt terræ seu plantæ, cum  
quibus olim convenit Carbasus Indica Curtii. Nobis Europæis vix  
quicquam bysso similis, quam lina cameracensis. Quæ contra di-  
stinctio sericorum & bombycinorum, obtinet quoq; in ff. l. 23 § vestis.

Concl. IV. Ποφύεα & Βύσσοι contra distinguit Spiritus S.  
Luc. 16, 19. ubi Syrus præponit כרוב: subjungit כרוב, adeoq; Byf-  
sum purpuræ, nisi forte declinat à Chaldo Syrus. De utraq; & pur-  
pura & bysso subjiciemus, quæ hæc de re habet Panciroll. lib. de me-  
morab. perditis: quod ad explicationem שש, item שני & תרע &c.  
faciant. Pallia conchylio tincta & ejus cruore infecta ποφύεα dicun-  
tur. Propriè tamen ποφύεα fuit ex Conchyliorum genere, quod intrin-  
secus animatam continebat carnem, & in mediis faucibus candidissimam  
habebat venam, quæ exsectâ pretiosus ille emanabat sanguis, quo lana &  
purpa-

purpurea serica ad vestes inde contextendas tingebantur. Coquebatur sanguis iste, und cum renâ prius apertâ in vasis plumbeis, adjectâ tamen aquâ modico vapore, & longinqua fornacis cuniculo. Inde splendidus ille, & quasi intermedius inter rubrum & nigrum eliciebatur color, qui garysphylli est, cujus jam amissi, causa est orientis barbaries. Idem l. i. memorab. deperd. Byssus erat Linum subtilissimum, ex quo pulcherrimæ texebantur vestes, tanta æstimationis, ut quaternis denariis scriptura ejus permutaretur. Alii Byssum appellant lanam illam quæ Pinna adhaeret, colore luteo ac perlucido; unde vestes Byssina ex lanâ illâ mollissimâ, colore luteo ac nigricante, aurigâ splendorem referente, contexta. Proximû erat lino Asbestino, undè tela texebatur & vestes, quæ in ignem conjectæ non tantum non absumebantur: sed magis etiam splendebant. Regum etiam funera in ejusmodi adurebantur tunicis, ne corporis favilla cum reliquo misceretur cinere. *Linum hoc rarum est inventu, difficile textu, propter brevitatem: Inventum æquat pretium excellentium margaritarum. Neronem mansile inde habuisse ferunt: hodie non reperitur. Hæc Gv. Pancirollus. Et tantum de Schesch, seu stolâ Byssinâ, quæ Satraparum & Principum in Ægypto erat propria.*

## LOCUS TERTIUS

Et vocavit Pharaon nomen Josephi Zophnat  
Paaneach.

*Luth:* Pharaon nennet ihn den heimlichen Raht.

*Vulg.* Et vocavit eum linguâ Ægyptiacâ, Salvatorem mundi.

*Chald.:* גברנ דממין גלן לור i. e. Virum cui occulta sunt revelata.

**C**oncl. una. Si hæ voces sunt purè Ægyptiacæ, illarum significationem vix penetramus: Si autem Hebraicæ, & significationem

& idipsum, quod Pharaos Josepho imposuit nomen Ægyptiacum, ignoramus: neutra enim vox habet praxin Biblicam & Hebraicam. Dicendum, esse id nomen Josephi proprium, idque Ægyptiacum, ita tamen ut una vox, quæ radicem conveniat cum  $\text{יֹסֵפִי}$  Hebreorum, & vera sine dubio sit illa Josephi, Philonis, Chrysof. Theodoretii ipsorumque Chaldaeorum & Hebraeorum: sed & Magni nostri Lutheri interpretatio: adeoque Zophnat Paaneach idem quod:  $\text{מִפְּרֵשׁ הַצְּפוֹנוֹר}$ , quomodo & Josephus per  $\text{κρυπτικῶν ὀφθαλμῶν}$  expressit. Vulgatam probat Hieron. dictum sc. Josephum mundi salvatorem, qui orbem terrarum ab imminente famis excidio liberaverit. Lyran. tamen in gloss. addit: Zophnat Paaneach est occulta revelans, quod aliis occulta, ipse revelaverit. *Utrum autem eadem vox in lingua Ægyptiaca significet Salvatorem mundi, nescio: nisi quod id dicat nostra translatio. Linguam enim illam ignoro* Hæc candidus Lyra. Nos in Vulgato non probamus illam, quam hic usurpavit, nimiam licentiam. Nec tamen, qui omnium nominum propriorum Hebraicorum rationes exactas reddere non possumus, de nomine non Hebraico solliciti usque adeo erimus. Verbales, quadrilitera, uti numero paucissima: ita pleraque ex usu aliarum nationum barbararum, in Scripturas Hebraicas sunt assumpta, eadem ratio nominum quorundam vel trilaterorum vel quadrilaterorum: sic  $\text{אֶלֶף}$  &  $\text{דָּבָר}$  sunt Palaestinorum &c. nec de aliis dicuntur v. i. Sam. 6, 8. II 15. Et præterea quæ sunt  $\text{ἐπιξέλεγμα}$ , nec ex circumstantiis textus nobis patentis, vocabula, in illis rectè consuluntur Antiquitas Hebraica & Chaldaica: at ubi de significationis quidditate, convenit, vel ex Scripturarum usurpatione, vel ex connexionem, &c. ibi malè in prima interpretatione ex regno Israelis in Babel descenditur: pejus ex Babylone, sacrosancta Zion oppugnatur.

## LOCUS QUARTUS

Gen. xli. v. 45.

Socer Josephi.

Luth. Ein Priester zu On. Tr. Praeses On.

Concl. una. Quid idololatrica fuerit Osnath dubium nullum est, quam

quam tamen idololatriæ renunciavisse, nec id dubium usq; adeo esse potest. Dicitur autem fuisse filia *Putiphera*: non illius *Putiphar*: quorum & nomina satis sunt discretiva, & officia. Ille militiæ Princeps: hic Sacerdos: ille degebat in urbe Regiâ: hic Heliopoli: Ille Josephi venditi Dominus: hic Socer exaltati. An autem Sacerdos fuerit, quaestio est? Chald. illum  $\text{רַב־עֹנַי}$  seu *Principem, Præsidem On,* seu *Heliopoleos* nominat, quem ex Latinis sequuntur plurimi. Certum quidem est vocem  $\text{רַב־עֹנַי}$  in Scripturâ esse  $\text{רַב־עֹנַי}$  adeoq; involvere *Ministerium* vel *Ecclesiasticum* quomodo Sacerdotes notat: vel *Politicum*, quomodo summorum Regum officiales aliiq; Proceres  $\text{רַב־עֹנַי}$  salutantur: at hoc in loco pro defendendâ Sacerdotali Soceri Josephi dignitate urgemus 1. vocis  $\text{רַב־עֹנַי}$  in amplissimis Pandectis Legis quæ innumera ferè sunt, locis non nisi *sacerdotalem significationem*. 2. Loci On additionem. Dubium Vix esse potest, quin *Tanis* sit *Zoan* Hebræorum: Heliopolis, autè On, quomodo & h. in l. habent LXX. & Exod. 1. 11. in Bibl. complut.  $\chi$  *ὅν ἡ ἐστὶν ἡλιεπολις*: at hæc fuit *Sacerdotum Civitas*: addimus 3. LXX qui expresserunt per  $\text{ἡρῆες ἡλιεπολιεύς}$ : consentiunt Philo, Josephus,  $\text{ὅν}$  qui expressit per  $\text{רַב־עֹנַי}$ . Si quaeratur utrum probemus? Resp. utrumq;: potuit enim qui Idololatra erat, Josephi exaltatione, divinâ futurorum prædictione, eorundem mirabili exhibitione, & vel hujus ipsius conjugii occasione fieri sacerdos CHRISTI verique in Israel Dei. Nos, qui *Mosen* vocem  $\text{רַב־עֹנַי}$  non nisi sacro ordini appropriasse videmus, hæc aliter illam interpretari non audemus: sed utrumq; tam Josephi, quam Mosis Socerum, Sacerdotem fuisse concludimus, adeoq; rectissime Lutherus. Per nos, cui libet, hæc aliter sentire licebit.

## LOCUS QUINTUS

Gen. xxxvi. 7. 15. 16.

### Numerus Animarum ingressarum in Ægyptum.

Concl. I. Summa filiorum Jacobi ex uxore Leâ in v. 15. ponitur CXXXIII: at demtis Er & Onan ex classe Leâ, inclusâ licet Dinâ, nondum

nondum tamen completus est numerus XXXIV: sed deficit unus. Quod *ἐκ τῶν ἑβραίων* conciliaturus & numerū expleturus Munsterus ex sententiā Ebraicā, addit Jochebed filiā Levi, Moſis matrem, quæ ipſa in Ægypto licet nata: tamen jam ante fuerit הוררתה seu concepta, adeoque in matris utero intravit. Sed id frustra fit. Conferatur v. 8. ubi argumentum ſubſequentis recenſionis ponitur: *Jacob & Filii ejus*: idem igitur Jacob in hac claſſe includitur: ſed & idem in numeri ſubductione ſubintelligitur, & ſic filii ejus, filiaq; ejus *una cum ipſo Jacobo* ſunt XXXIII.

Concl. II. Contra in v. 26. כל הנפש הכאה ליעקוב מצרי ויש ששים וישו hic ex numero 66 animarum, manifeſte excluditur Jacob: numerati enim dicuntur יוצאי ירכו seu *egreſſi femore Jacobi*: neq; Joſeph cum duobus filiis huic numero includitur, numerantur enim hic 2. qui una cum Jacobo in Ægyptum venerant.

Concl. III. Queritur autem cum in claſſe Lea ponantur 33. in claſſe Zilpæ 16. Rachelis 14. Bilhæ 7. quæ faciunt 70. animas, ut etiam eſt in v. 27. quomodo hæc convenient cum ſubductione v. 26. quæ 66. ſaltem animæ ponuntur? Dicendum, in numero ſpeciali ut & v. 27. includi Jacobum Joſephum, & duos filios Joſephi, qui in ſubductione excipiuntur: Illis additus emergit numerus 70. LXX. ſubtrahit 66.

Concl. IV. Scilicet in ſubductione diſtinctè docet Spiritus S. 1. *Summam cum Jacobo in Ægyptum ingredientium*: 2. *generalem ſummam omnium. ſive ante. ſive in Joſepho ingreſſorum*: quem diſtinctum v. 26. & 27. reſpectum vel unius vocis diſtincta accentuatio evidentè aſſerit: ſcilicet in v. 26. vox מִצְרַיִם eſt Milra ſeu præſ. particip. ſpecificans numerum animarum uno itinere, unoq; tempore cum Jacobo in Ægyptum ingredientium: qui eſt LXVI: at in v. 27. eſt מִצְרַיִם seu Mithel & Præterit. Fœmin. id eſt, omnis anima quæ venerat *tam cum Jacobo: quam jam ante in & cum Joſepho*: ubi manifeſtè includitur Jacob, Joſeph & duo filii: hinc in v. 27. non dicitur, uti in v. 26. יוצאי ירכו seu *egreſſi ex femore Jacobi*: ſed: Omnes animæ domus Jacobi: nempe, ſi prioribus 66. addantur illi IV. erunt LXX. vid. jam Exod. 1, 5. Deut. 10, v. ult. Codicum enim Hebreorum & Chaldeorum

rum hic constans est & luculenta consonantia: difficultatem saltem faciunt LXX. qui hic transferunt ἐβδομήκων ἄπειρα, quos an Lucas secutus fuerit Act. 7, 14. an verò ex Lucà in editionem τῶν LXX. ad conciliandam illi auctoritatem & Apostolicam consonantiam id transferit, in medio jam relinqvimus. Sanè Fl. Josephus utebatur versione LXX, & nihilominus l. 2. antiq. c. 4. ait: ἦσαν δὲ οἱ πῶτες ἐβδομήκων, quod interpretatus Ruffinus: Erant autem omnes LXX. Videt unusquisque quid inde liceat concludere. Sententiam dicemus quarentibus, in ipso conflictu.

## LOCUS SEXTUS.

Gen. XLVI, v. 34.

תועבת מצרים כל רעה צאן

**Luth:** Was Viehhirten sind/ ist den Egypteren ein Greuel.

**Concl. I.** Causam, quæ Pastores pecorum Ægyptiis abominabiles & ignobiles fecerit, non malè exprimit Raschi: להי שהם; להם אלהות; scil. quoniam illa animalia erant Ægyptiorum nomina, quorum carnibus quod non rarò vescerentur Pastores, spectà divinitatis fabulà, hinc illi facti sunt abominabiles Ægyptiis, cum quo convenire videtur id, quod respondet Mosche Pharaoni dicenti: *ite & sacrificate Deo vestro in terra hæc: non potest ita fieri: num abominabiles Ægyptiorum immolabimus Domino Deo nostro &c.* Exod. 8, 26. Cum Jarchio facit אע qui id signum esse dicit: *Ægyptios abstinuisse lacte & carnibus, animaliumq. mactationibus:* idem addit de Indis: אנשי הודו; לא יאכלו ולא ישתו כל אשר יצא מחו מרגיש עד היום הזה; quod etiamnum ita esse, constat vel ex Indicà nobilissimi juvenis à Mandesto relatione.

**Concl. II.** Non omnes animalium Pastores, Ægyptiis abominabiles fuisse, constat tum ex Herodoto, qui caprarios in honore fuisse apud Ægyptios testis est, tum vel maximè ex ipso Pharaonis ad Josephum

☩☩

phana



phum responfo Gen. 46, 6. *Si novisti, quod sint inter fratres tuos Viri strenui, constitue eos Principes gregum meorum.* Habuisse enim Ægyptios, camelos, asinos, mulos, equos, boves & oves in magno satis numero, nullū est dubium, ut Ichnevmonas, accipitres, crocodilos, taceamus, quin, utut ab animalibus nonnullis, illis maxime, quibus divinitatem affingebant, Ægyptios abstinuiffe constet ex Diod. Siculo, ab omnibus tamen illos abstinuiffe, nondum verè concluditur.

Concl. III. Ab esu & mactatione ovium, boum, peculiaritèr Ægyptios abstinuiffe (nam de Ichnevnone, accipitre, Crocodilo, à quibus aliàs etiam nationes & populi abstinent, dubium est nullum) iisq; divinitatem quandam tribuisse, pastores illorum gregum, quod vel de *Capro Paphia* illorum animalium, vel alio nomine suspectos illos haberent, de citatos esse: ceterorum e. e. elephantorū, mulorum, camelorū, asinorum, illis prætulisse, nec proinde ab aliis carnib; animalium, quam illorū, quorum sacrosancta erant apud illos nomina, abstinuiffe, ex collatione hujus loci & Gen. 47, 6. item: Exod. 8, 26. statuimus; quin Juvenalis Satyr. 15. ab esu ovium & caprarum Ægyptios abstinuiffe, his versibus testatur:

*Lanatis animalibus abstinet omnis*

*Mensa, nefas illi: fac: um jugulare capelle*

sed & extat Dialogus Judæorum Alexandriaeorum, & Caji Imperatoris apud Philonem Judæum, illius legationis Judaicæ Principem: *Cajus* sero gravitèr; nos interrogavit: *Cur abstinetis à porcina: cumq; nos respondissemus, esse mores alibi alios, & adversatis iidem, uti nobis, interdicitum rerum quarundam usum, multosq; ne agnina quidem vesci, ubiq; parabili, videns ille: rectè inquit, insuavis est enim.* Vid. Phil. de leg. ad Caj. Ubi non obscure Ægyptios sugillasse videntur Judæi, quod quidem de Ægyptiis verum esse testis est Herodotus in Euterpe. Quid? quod militem Romanum ob selem necatam capitis supplicio ab Ægyptiis sub Ptolom. affectum se vidisse, testis est Diod. Sicul. Bibl. hist. lib. 1. pag. 75.

Concl. IV. Licet mentem nostram satis expediverimus, illud tamen addimus: Ægyptios maxime omnium libidinosos, luxuriosos, & insolenti diffuentes mollitià semper exituisse, quæ vicia etiam occideatis

dentis illius regni, Antonio, cœterisque Cleopatraz emancipatis Romanis vehementer exprobrat Poëta:

*Romanus, eheu! posteri negabitis  
fert vallum & arma miles, & Spadonibus  
servire rugosis potest  
interq; signa, turpe! militaria  
Sol aspiciæ conopeum.*

& vel maximè Spadonibus, eqvis, mulis, carrucis, linis Byssinis, bombycinis, sericis, cœterisque mundi muliebris partim mollibus ornamentis, parùm splendidis nugamentis illustres fuisse, pastores, velut ignobile vulgus, unà cum re pecuariâ, iporumq; humili & sordido ministerio, præ se despexisse, sed &, vel prohibitis animalium quorundam cadibus, vel Istrociniis illi generi hominum non ignotis, magis infames, planè abominatos esse, rectè dicitur. Hodè quoq; dum ut plurimum, illæ abominationis causæ desierunt, nondum fratres Josephi vel ipsi opificum Collegiis, multis in locis abominabiles esse desierunt: & præterea abominabile est *Emporii* signum cornu pastorale. De cœtero vitam pastoraalem pariter & rusticam, uti antiquissimam, ita innocentissimam celebrat satis Scriptura: ejusq; laudes in epod. odâ 2. optumè expressit Poëta.

## LOCUS SEPTIMUS

exhibens Miscellanea ex cap. XLVII.

**C**oncl. I. Præsentaturus Regi Pharaoni fratres & Seniore[m] Patrem, Josephus 1. quod reverentiæ Majestatis regiæ debebatur, illorum apud Pharaonem nomina professus est: id explicatur v. i. c. 47. quo factò quinq; ex fratribus in conspectum Regium produxit, eosq; aspectu contemtibidiores & imbecilliores, ne qua lubido Pharaoni incideret eos in militiam, vel palatina ministeria legendi: sed ut facilius Pastoralis agri donationem & inhabitationem illis impetraret, à v. 2. ad v. 7. 3. Igitur ipsum seniore[m] Jacobum introduxit, qui cum Pharaoni sciscitanti annos peregrinationis suæ in his terris lamentabiliter exposuisset, & Pharaoni bis Hebræorum more benedixisset, exiit à conspectu Pharaonis v. 7. 8. 9. 10.

¶¶ 2

Concl.

Concl. II. Dedit autem Joseph cibaria singulis לפי המה ad os parvuli, quas voces Vulgatus vel omisit, vel malè expressit. Nec rectius LXX. *ἕως* *viritim seu capiatim*. At rectissime noster Lutherus: *Joseph versorget einen jeglichen nach dem er Kinder hatte*. Et Chald. לחמם לפום טפליהו

Concl. III. Igitur annonã indies ingravescente ותלה ארץ מצרים Vulg. pessimè versum expressit. Lutherus: *Das Land Canaan und Egypten verschmachteteten für der Thewrung*. R. Jarchi vocẽ *תלה* reddidit per *& defatigata sunt*. לשון עיפות. qvomodo & Targum: *אשתלהי עמא דארעא*: non malè: convenit enim id cum verã hujus vocabuli radice, qvæ est *תלה* cui inest significatio, *præ calamitatis magnitudine in furoris quasi paroxysmum rapti*, uti constat ex illo: *כמתלהלו הויה זקים* Prov. 26, 18. Pulchre ergò Aben Esra: *תלה* inqvit est ejusdem formationis ejus *תתע* Prov. 7, 25. scilicet 3. perf. fut. in Kal. *שלא יעשה*. Quid sit hic *ארץ* satis nostra Megapolis experta est ante decennium.

Concl. IV. Annonam primò are redemerunt Ægyptii: cum id defecisset, pecude, antiquissimo more: cum & hæc, emancipato corpore, uti constat ex vers. 15. ad 20. & ultra: *Quare*, inqvunt, in v. 19. *Ægyptii moriemur nos & terra nostra*. *Terra mortua est terra maledicta vel desolata*, qvæ sub septentrione *Nova Zembla*. *Spietzbergia*, &c. vid. expl v. 19. ubi vox *תשם* non est à *רשם*: sed *ישם*, qvanquam significatione radices sint propinqvæ, vid. eadem vox Ezech 12. v. 19. 17. sic *ישומן* *terra est mortua*, cujus descriptio vid. Deut. 32, 10. Errat autem gravitèr in v. 19. Vulgatus, dum more suo, addit, qvæ non sunt in textu.

Concl. V. Emancipatum igitur annonæ caritate populum *transsulit de unã civitate in aliam*, eamq; remotissimam, ut scirent nihil se amplius in Ægypto possidere: qvòd remedium obviandi rebellibus Politicum, ad firmandam status Regii rationem contra factiosos & rebelles hic suo exemplo ostendit Joseph, optimus politicus: idq; imitatus Carolus M. quando Saxonas in Flandriam, & Flandros in Saxoniam traduxit: aliiq; Reges inclyti vid. jam v. 21 & Chald. Exceptionem tamen habuit *terra sacerdotum* qvòd docet v. 22. idem que

que insignis pro immunitate bonorum Sacerdotalium : illis maximè  
notandus, qui sunt לכהנים חק מקטיני חק. At quoniam hic etiam aum  
sub iudice hic est, esto.

## LOCUS OCTAVUS

Gen. XLVII. §. 22.

*Terra Sacerdotum privilegiata.*

*Sreyheit der Priester.*

דק חק לכהנים לנת קנה כי חק לכהנים וגו'  
Chald. לחור ארענת דכומרינת לנת קנה ארי  
חולקנת לכומרינת וכו'

Id est, Tantummodo terram sacerdotum (Gentilium)  
non emit: nam illa erat portio sacerdotum &c.  
ita &

LXX. *ἡ γῆ τῶν ἱερέων μόνον*, item: *δοῦνα τῶν ἱερέων.*

*Vulg. Præter terram sacerdotum, qua à Rege tra-*  
*dita fuerit eis.*

*Tigurin. Tantum terram Sacerdotum non emit.*

*Luth. Außgenommen der Priester Geld/ das kauftt*  
*er nicht/ denn es war für die Priester ver-*  
*ordnet.*

*Aben-Esra: Tantum terram sacrificulorum non emit.*

*R. S. Jarchi: Tantum terram sacrificulorum &c.*

*Unus Tremellius: Tantummodò agros Præsidum*  
*non emit.*

**C**oncl. I. Pro sacerdotum favorabili causâ faciunt omnes Chal-  
dæorum, LXX Græcorum, Hebræorum, Vulgati & pl. Latino-  
rum, sed & Magni nostri Lutheri, autoritates, quæ proinde adduximus,

☩ ☩

quo.

quoniam in unius Chaldaei ambigua auctoritate palmam versionis  
 vocabuli כהן in Gen. 41, 45. ponit Tremellius, probaturus sacerum  
 Josephi fuisse hominem Politicum, & proregem Heliopolitanum.  
 quare autem non fuerit sacerdos? Quia, inquit, primaria signifi-  
 catio laetius patet. significat enim primarium ministrum in ministerio ho-  
 norabili. R. 1. Imò propterea, quod vox כהן in significatione prima-  
 ria notat primarium ministerium, in applicatione *πρωτος* notabitur,  
 non tam Regis terrestris officialem: quam summi numinis Sacerdo-  
 tem, cuius 2. significatio, est prima eaq; famosissima, à quâ ad specialio-  
 rem sine necessitate non est descendendum, vocabuli huius acceptio:  
 quin 3. perpetua, præter hæc *κενόςθη*, ejus in Pandectis Mosaicis u-  
 surpatis. Objicit Tremell. pietatem Josephi ab Idololatria alienissimi.  
 Resp. Par est consequentia: pius fuit Joseph. E. non duxit uxorem  
 primarii Sacerdotis Idololatrici, ac si dicerem: Pius fuit Joseph. E.  
 non duxit uxorem Idololatræ politici. Obji. Ibi major communionis  
 in superstitione suspicio, majusq; periculum: Resp. 1. Id nullum me-  
 tuendum erat in Josepho. 2. Non raro majus periculum religionis  
 pender à nuptiis filia Principis Idololatrici s. heterodoxi, quam Sacer-  
 dotis talis: quod ibi errorem cum lacte haustum comiteretur, uti illustri-  
 or natalium splendor & potentia: ita invincibilis quædam pertina-  
 cia, quæ tantò est major, quo sexus est infirmior. 3. Et rectius hæc de  
 re judicabit, qui veterum Ægyptiorum historias, religionis maxime  
 & sacerdotum legerit. Obji. Paraphrasis Chald. auctoritas. Resp. 1.  
 Illa non usq; quæq; facit pro puro Politico. 2. Quid ergò fiet de hoc  
 loco, ubi constanter cum Hebræis, Chaldaus reddidit per כומרין:  
 Concl. II. Obji. Voci כהן in Targum responderi כומרין quando ob-  
 tinet significatio sacerdotalis. Resp. verum id quando dicitur de sacer-  
 dotibus Israëliticis: falsum quando de sacerdotibus gentilibus & ido-  
 latricis, ubi כהן Hebreorum responderi in Targum כומר vel כומרה  
 vid. Jud. 17, 5. & cap. 18, 4. sed & qui כמרים dicuntur in fontibus He-  
 bræorum 2. Reg. 23, 5. Zephan. 1, 4 כומרין dicuntur ibidem Chal-  
 daeo, quo nomine hodie Judæi vocant Jesuitas & Monachos Christiano-  
 rum, qui nollent sibi eripi hoc Ægypti privilegium, & citius expungi  
 paterentur loca Math. 20, 25. quam illa clericorum privilegia, & duo  
 loca Gen. 47, 22. & 1. Tim. 5, 23.

Concl.

Concl III. Nec ergo Tremellii interpretationem, nec glossam hęc probamus, quam potius fundamento & ratione carere putamus. Quę enim consequentia? *Præfctis regis prospectum fuit ex apothecis, Reges granariis & promptuariis per annos publica caritatis.* 6. *Illi sunt, qui hęc notantur voce כהנים, quorum terram Josephus Pharaoni non emisse dicitur.* Dubium quidem nullum est, quin Præsides, Quęstores, cęteriq; Regis officiales sibi suaq; familię satis prospexerint, & melius etiam ipsis Sacerdotibus prospicere potuerint at t. illud in præsentĩ textu non dicitur: nec 2. id, quod vult Tremellius, exinde consequitur totumq; illud 3. ex minüs accuratã, ut putamus, propositionis causalisy quę est in membro 2. v. 23. translatione, oritur: *Agrium præfidum non emit, quia portio attributa erat præfidibus à Pharaone, comedebantq; portionem suam quam attribuerat ipsis Pharao: idcirco non vendiderunt agros suos: quod majori audaciã expressit Vulgatus: quibus & statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur, cujus licentiam metaphorasticam jure merito improbamus vid. loc. 3. vid. etiam idem Vulgatus in v. 47. c. 41. sic verbum 28. c. 41. qui juxta fontes ita fluit: Dieses ists nu das ich gesagt habe zu Pharao/ daß nemblich GOTT dem Pharao zeigt/ was ER than wird/ totum inquam, hunc verbum Vulgatus ita expressit: *anni illi hoc complebuntur ordine, quę profectio nimia est & inexcusabilis audacia:* sic illud וְהָעֵבְרִי וְהָעֵבְרִי in v. 21. c. 47. quælia sunt in illo Interprete innumera.*

Concl IV. Omnium optumè nobis membrum 2. v. 22. expressisse videtur Lutherus: *Es war von Pharao für die Priester verordnet/ daß sie sich nehren sollen von dem benanten/ daß er ihnen gegeben hatte/ darumb dörrften sie ihr Feld nicht verkauffen:* atq; hæc fuit ratio, quare nec Josephus emerere, nec Sacerdotes vendere potuerint חק כהנים. De cætero, quę superesse putamus erronea, in interpretatione & glossã Tremellianã dabimus in conflictu. Audimus de voce כהן id quod habet פֶּרְשְׁנֵי חַוְּוָה ad hunc locũ הוא חוץ מאותן הוא משרת לאלהות הוא חוץ גדול ובו שון לשון גדול ובו Id est, Vox כהן in significatione famosiori notat ministrum divinitatis (sacerdotem) exceptis paucis locis, in quibus habet significationem primarii ministerii aulici seu dignitatis politice.

LOCUS

# LOCUS NONUS

Gen. XLVII. v. 28.

## Sectio clausa. Argumentum Pharas.

**C**oncl. I. Quare hæc ultima libri Beresith Pharascha sit peculiari-  
ter סתומה id est, clausa, & nullo majuscularum vel trium פ  
ס caractere in Legis Pharaschis usurpato insignita, quæstio est, tri-  
ta maxime Hebrais, quorum proinde sententias hic lubet subjicere.  
R. S. Jarchi: למה פרשה זו סתומה לפי שכיון שנפטר יעקוב  
אבינו נסתמו עיניהם ולבם של ישראל מצורת השועבוד  
שהתחילו לשעבדם דא שבקש לגלות ארץ הקץ לבניו ונסתם

כר ממנו id est, *Quare hæc Pharascha peculiariter est clausa & eo quod  
antequam moreretur Jacob Pater noster, clausi essent oculi & corda Israe-  
litarum, ita ut non viderent angustiam servitutis, quam experiri essent  
post fata Parentis. Vel, uti ait glossa magna, quoniam propositum fuit  
Jacob manifestare extremitatis futura, nisi Divinitus seu Prophetia ab i-  
pso fuisset sublata, & hac ratione futurorum in fine mundi prædictio impe-  
dita. Sed hæc ratio tota nugatoria est, quam toties memini Raschi,  
tum in v. hujus Phar. i. tum cap. 45. 26. & c. 49. 1. נסתלקה ממנו  
שכינה: per שכינה autem intelligit רוח קודשא seu Spiritum Pro-  
pheta, quem requiescere dicunt non in tristibus seu melancholicis: sed  
latis & alacribus, vid. c. 45. 27. Raschi & Onkelos.*

**Concl. II.** 2. At צרור המור alias affert rationes sc. 1. quia hæc  
Pharascha est clavis & sigillum hujus libri, totius Legis, & omnium Pro-  
phetarum. 2. Quia in benedictione hujus Pharaschæ continentur omnes  
Israelitarum calamitates, status, liberationes. 3. Quia in hæc Pharascha,  
& in specie Gen. 49. est illustris de Schilo seu Messia ex tribu Judâ nascitu-  
ro, prophetia, quæ illo maxime tempore, & sub toto V. Foedere, erat  
clausa & adusq; illud אלהים רבנים obsignata.

**Concl. III.** Estq; hujus ultimæ libri v. cum ultimâ totius Legis  
Pharascha יברך seu Et benedixit, svavis analogia. Scilicet hic descri-  
bitur in c. 48. & 49. solennis XII. tribuum benedictio, facta à Jacobo:  
ibi, Deut. 33. à Mose, utroq; magno Propheta, & jam jam morituro.  
Hic

Hic post XII. tribuū benedictionem, & futurorum באחרית הימים  
 predictōnem describūtur suprema, id est, mors & exequiæ Jacobi: ibi  
 c. 34. Moſis, utraq; magnificentissimæ. NB. Argumentum Pharaſchæ  
 ultimæ, quæ à primâ voce וירחי jure suo salutatur, & à v. 28. c. 47. ad finē  
 Geneſeos extenditur est 1. מצות קבורה id est, *suprema Jacobi de sepul-*  
*turâ suâ dispositio*, ab init. Phar. ad f. c. 47. 2. ברכה כפולה seu *gemi-*  
*na benedictio Josephi, & duorum filiorum*, c. 48. 3. נבואת יעקוב seu  
 Jacobé a futurorum, & filiis באחרית הימים *eventuorum predictio*.  
 4. קבורת יעקוב seu *solennis Jacobi in Aegypto mortui, in Canaan sepe-*  
*liti*, c. 49. & 50. 5. גרעת יוסף seu *Josephi expiratio*: ut ita in duo-  
 rum sanctissimorum & Excellentissimorum Patriarcharum mortibus  
 primum librum obſignaverit Moſche.

## LOCUS DECIMUS

Gen. XLVII. v. ult.

וַיִּשְׁתַּחֲוֶה יִשְׂרָאֵל עַל רֹאשׁ הַמִּטָּה:

Chald. וסגיד ישראל על ריש ערסא i. e. Et adora-  
 vit Israel super fastigium, vel summitatem,  
 spondæ seu lecti.

Hieros. ושבח א על ריש דרגשת i. e. & celebravit I-  
 srael (Deum) super caput strati seu lecti.

Vulg. Adoravit Israel Deum, conversus ad lectu-  
 li caput.

Luther. Do neiget sich Zsrael auff dem Bette zum  
 Häupten.

LXX. καὶ προσκύνησεν ἰσ. ἐπὶ τὸ ἄνω τῆς ἐπίβης.

Concl. I. Vocem המטה si punctuatur per - - significare reclina-  
 torium, lectum: si per - - virgam seu baculum dubium nul-  
 lum est: nec de radicis identitate & applicatione: Punctationem primâ  
 sequuntur omnia Hebræorum exemplaria: sequitur antiquissima Ma-  
 ſora: sequitur gemina eaq; perantiqua paraphrasis Chaldaica: sed &

ⲄⲄⲄ

Aquila,



Aquila, Symmachus, Vulgatus, Lutherus: nec ulla apud Hebræos hæc de re fuit controversia: posteriorem non nisi in LXX. quam secuta fuisse videtur ad Hebræos epistola c. ii, 21. ubi Luth. expressit: **Jacob neigete sich gegen seines Scepters Spizen.**

Concl. II. Qui utramq; lectionem & versionem à Spiritu S. esse, & neutram rejici posse utrumq; Ecclesiam amplectam esse, sano sensu asserunt, non exagitemus: nec tamen probare per omnia possumus glossam Del Rio Jesuitæ: *Gerens Joseph sceptrum ut Pro rege: Jacob, audito filii jurejurando, filii sceptrum manu accepit, & convertis se ad le-ctuli caput, & inclinavit paulatim cervicem ac corpus, ut sedens potuit, & sceptrum forte osculatus hæc demissione corporis Deo gratias egit, & filium honoravit, ut Egypti moderatorem: magis tamen ipsam Deum, à quo dignitas Filio attributa: Item: In sceptro Josephi præfiguratum & honoratum regnum ex Ephraim: non tam temporale illud quam spirituale & æternum Christi, veri Samaritani.* Sed de accommodatione Allegoricâ solliciti non erimus.

Concl. III. Dubium nullum est, quin illa, quæ obtinet hodiernum constantè in omnibus Hebræorum codicibus, punctatio, & quæ illam sequitur lectio & interpretatio, sit genuina; adeoq; rectè reddatur: *Incurvavit se Israel* (adorando verum Israel Deum) *ad caput lecti*, ut sit hic sensus: Jacobum, cum post tot malorum liliadas, exantlatosq; labores, præter omnem opinionem, filium, quem mortuum putarat, quasi ex ipsis mortis carceribus redivivum recuperasset, eum Principem, Egypti totius Dominatorem, vidisset, Filios etiam ejus seu sobolem ex Josepho natam ipsis oculis aspexisset, jamq; quod ultimum supererat de sepulturâ quoq; suâ disposuisset, interposito religioso Filii Josephi juramento, tot beneficiorum memorem adoravisse seu devorâ gratiarum actione veneratum esse Deum Israelis, & cum in lecto cubaret, & infirmus esset, erexisse se, & flexis genibus conversum ad cervical seu caput lecti; planè sicut id ipsum iisdem planè vocabulis prædicat Sp. S. de Davide, qui jam jam moriturus, cum de successore Salomone regno jam prospexisset, eumq; majestatico regni throno insidentem jam vidisset, *adoravit super caput lecti seu strati*, 1. Reg. 1, 46. vid. ult. & cum præsentis loco conf. v. 47. unde quid *incurvatione illa super* (vel: ad) *caput lecti* notetur à Spiritu S. liquidò constabit. Usq; adeo Hebraica benè sunt consona.

Concl.

Concl. IV. Sed quid, quod Apostolus in divinâ ad Hebræos E-  
 piſtolâ: *Fide, inquit, Jacob moriturus unicuique filiorum Josephi benedixit*  
*καὶ προσκύνησεν τῷ τῷ ἀνεγὼν τῷ εὐεδὸν αὐτῷ, c. 11, 21. ? Resp. 1. qui ex*  
 Apostolo Moſen, vel illam quæ est in Moſe lectionem, corruptionis &  
 erroris redarguunt, & punctationem  $\overline{\text{מִוֶּסֶה}}$  argent, illi malè majestati  
 Spir. S. qui idem & Jacobum adorasse  $\overline{\text{מִוֶּסֶה שְׂרַר לְעַי}}$  dicit per Mo-  
 ſen: & id fecisse *τῷ τῷ ἀνεγὼν τῷ εὐεδὸν αὐτῷ*, dicit per Apostolum,  
 consulunt, Sp. S. cum seipſo: Moſen cum Apostolo infestis signis com-  
 mittunt, perpetuæ Textus Hebraici consonantia, evidentia, Paraphra-  
 stis tribus Chaldaicis, ipsiq; Ecclesiæ veteri contradicunt. 2. Rectè sen-  
 tiunt, qui Sp. S. non interpretari simpliciter 4 illa verba Moſis voluisse:  
 sed ad illum ipsum actum saltem respexisse, & circumstantiam aliquam  
 in Moſe vel latentem vel deficientem, expressisse, eadem, quæ illud per  
 Moſen asseruerat, infallibilitate, dicunt, & utrumq; in re ipsâ conjun-  
 gunt, cui conjunctioni vel maximè suffragatur. 1. Radicis identitas, quæ  
 tam est in  $\overline{\text{מִוֶּסֶה}}$ : quam  $\overline{\text{מִוֶּסֶה}}$ . 2. Agentis qualitas: infirmus enim erat  
 Jacobus, qui proinde & lecto seu  $\overline{\text{מִוֶּסֶה}}$  uti constat ex c. 45, 2. incum-  
 bebat, & cum converso ad verticali vultu, erigere se vellent, & incurvatus  
 genibus, in lecto sedere, baculo vel  $\overline{\text{מִוֶּסֶה}}$  indigebat: sed & 3. id note-  
 tur, quod in loco Apostolico Spir. S. hæc verba non alleget: sed saltem  
 ipsum actum notificet: sine allegationis signo: unde etiam additum i-  
 bidem *αὐτῷ*: id quod rectè valet de Jacobo.

Concl. V. Quod attinet LXX. assumimus argumentum Hie-  
 ronymi, ex prolog. Elræ, item libri Paralip. & ita argumentamur, *aut*  
*loca illa in N. T. ex veteri allegata, Apostolorum temporibus planè non fue-*  
*runt in editione Græcâ: aut ita fuerunt prout nunc leguntur e. c. in edi-*  
*tione Complutenſi & Regiâ Hispanica.* Si non fuerunt, nec ab Apосто-  
 lis allegari exinde potuerunt. Si aliter, & e. c. prout allegantur in  
 C & R H extiterunt, nec sic ex edit. Græcâ allegaverunt quoniam aliter  
 planè reddiderunt, adeoq; probabiliter concludere quis poterat, Apost.  
 allegavisse in N. T. juxta ipsos fontes Hebraic. salvâ tñ Sp. S. autoritate,  
 cum nec fontium Hebricorum, rigoroso scrutinio, nec τῶν LXX, quo-  
 rum tñ in Græcorum  $\overline{\text{Ἀλαμωρα}}$  obtinebat translatio, autoritate in-  
 digue.

diguerint ὁ Θεός ἡμῶν καὶ πνεύμα ἁγίου. Ut ad presentem locum redeamus dicimus 1. LXX. Interpretes reddisse ἢ ἐξ ἑδῶς vel ex punctationis absentia, per quam vox illa fit ambigua: vel 2. illam editionem Græcam ex N. T. has voces in suam transtulisse. Vel 3. LXX. Interpretes Spir. s. plenos fuisse, & ob Spiritus s. auctoritatem ita reddidisse, quorum nec primū, nec tertium mihi persuadeo. Manet ergo secundum: licet id quod tertio loco dicimus in Ep. ad Dommonem & Rogatianum habeat Hieronymus.

Concl. VI. Quā de re allegamus magnum Hieronymum ex Prolog. in libri Paralipom. Scripsi nuper librum de optimo genere interpretandi, ostendens illa de Evangelio: Ex Ægypto vocavi Filium meum &c. cæteraq; his similia in Hebraorum libris inveniri. Certè Evangelista & Apostoli. LXX interpretes noverunt. Et undecis hac, qua in LXX. interpretib. non habentur ἢ CHRISTUS Dominus noster, utriusq; testamenti conditor, in Evangelio secundum Johannem: Qui credit, inquit, in me, sicut scriptura dicit, flumina de ventre ejus fluent &c. Atiq; scriptum est quod servator scriptum esse testatur. Ubi scriptum est? LXX non habent. Apocrypha nescit Ecclesia. Ad Hebræos igitur reverendum est, unde & Dominus loquitur, & Discipuli exempla præsumunt.







dencis illius regni, Antonio, cœterisq; Cleopatra em  
nis vehementer exprobrat Poëta:

*Romanus, cheu! posteri negabitis  
fert vallum & arma miles, & spadonibus  
servire rugosis potest  
interq; signa, turpe! militaria  
Sol aspiciit conopeum.*

& vel maxime Spadonibus, equis, mulis, carrucis, lini  
bycinis, sericis, cœteriſque mundi muliebris partim  
mentis, partim splendidis nugamentis illustres fu  
velut ignobile vulgus, unâ cum re pecuniâ, ipſorum  
dido ministerio, præ se despezisse, sed & vel prohibitis  
rundam cœdibus, vel latrociniiis illi generi hominum  
gis infames, planè abominatos esse, rectè dicitur. H  
ut plurimum, illæ abominationis causæ desierunt, no  
lephi vel ipsi opificum Collegiis, multis in locis abon  
sierunt: & præterea abominabile est Emporii signum  
De cœtero vitam pastoraalem pariter & rusticam, u  
ita innocentissimam celebrat satis Scriptura: ejusq;  
odâ 2. optumè expressit Poëta.

## LOCUS SEPTIMUS

exhibens Miscellanea ex cap. x

Concl. I. Præsentaturus Regi Pharaoni fratre  
trem, Josephus 1. quod reverentiæ Majestatis r  
illorum apud Pharaonem nomina professus est: id e  
quo factio quinque ex fratribus in conspectum Regi  
q; aspectu contemubiliores & imbecilliores, ne qui  
incideret eos in militiam, vel palatina ministeria leg  
liu Pastoralis agri donationem & inhabitationem  
à v. 2. ad v. 7. 3. Igitur ipsum seniore Jacobu  
cum Pharaoni sciscitanti annos peregrinationis suæ  
tabiliter exposuisset, & Pharaoni bis Hebræorum  
exiit à conspectu Pharaonis v. 7. 8. 9. 10.

22 2

